

Bobrowniki, 2 lipca [1411]¹

Marszałek Królestwa Polskiego i starosta dobrzyński Zbigniew z Brzezia dopytuje wielkiego mistrza zakonu krzyżackiego Henryka von Plauena o dalsze losy postanowień powziętych [na zjeździe na brzegu Drwęcy pod] Złotorią [10 maja 1411]. Zwłaszcza zaś o stosunek do zawartego pokoju króla węgierskiego [Zygmunta Luksemburskiego], do którego adresat wysłał w tej sprawie poselstwo. Wystawca wie, że to poselstwo już powróciło [do Prus], prosi zatem o informacje w tej sprawie, dziwiąc się, że ich jeszcze nie otrzymał i nie mógł ich przekazać królowi [Władysławowi Jagielle]. Dziękuje wielkiemu mistrzowi za dary, w tym szczególnie za sokoły.

Oryg.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 1528, pap., łac., wym. 294 × 222 mm, zaplamienia, zabrudzenia i przetarcia, atrament miejscami wyblakły, in dorso nieczytelne resztki zamykającej list pieczęci wystawcy w ciemnym wosku (wosk przez papier) o śr. ok. 25 mm (o niej zob. DokumentyMełno, s. 19), kustodii i papierowego paska zabezpieczającego pieczęć brak, dwie plamy z atramentu (?). Ceduła: pap., łac., 219 × 40 mm.

Reg.: RHD 1/1, nr 1528.

Adres [in dorso]: Magnifico ac venerabili viro domino ac domino | Henrico de Plawen magistro generali Domus | Theutunicorum de Prussia², fautori nostro dilecto.

^aWenerabilis domine, domine noster graciose fautorque predilecte [s]! Quod quemadmodum consilia puta | vestre gracie ac wenerabilitati nec non et serenissimi principis et domini Wladislai regis Polonie, nostri | graciosi, fratris et amici vestri karissimi, circa Slotoriam³ ad perficiendum et ad implendum pacem et tranquillitatem | pacis eviterne permansuram et duraturam (erant constituta^b), quod inter qua et nos fueramus personaliter constitutus, et quod eciam per Dei graciam et Eius voluntatem est factum et similiter terminatum temporibus eviternis servare ac tenere ibidemque cum consilio vestre gracie ac wenerabilitati conductavimus terminanter, quod igitur et de rege Wngarie⁴ mencionem facientes iuxta Thorunensem mencionem factam, si et in quantum eciam pacem et concordiam vestram inter Ordinem et Coronam factam inire wellet amicicie, quem et cui vestra gracia litteris vestris de eadem pace iam facta |d| intimare et ipsum informare (deberet^c), si eandem tenere et observare velit et hoc nullo die et tempore vobis et nobis deputatis, sed quantocius et sine mora, et quam primum nuncii vestre gracie de Wngaria remearent, nobis scribere deberetis, cuius intencionem et voluntatem, iuxta quam dominus noster rex graciosus et nos se regere deberemus et haberemus, nam a domino nostro rege ac dominis Polonie in commissis et mandatis habemus, quod ipsis scribere deberemus ipsos informantes, quidquid per graciam vestram de voluntate |s| et intencione scriptum fuerit et intimatum, iuxta quam se habere deberent, qui in convencione modo cum ipso facta eandem concordiam dixit se welle inire, et eadem pacis treugas tenere et observare, nam nos nulla munimenta et litteras nullas cum eo habemus, nisi tam publica instrumenta sub manu publica scripta. Nichilominus |tam| tamen nobis ex relatibus instillavit veridicorum et sumus verisone informatus, quod iam nuncii vestre gracie ac wenerabilitatis de Wngaria cum responsivis ac rescriptis viceversa revertarent et reversi sunt ad partes, vos tamen ipsis reversis nulla nos de intecione eius et voluntate scripsistis et intimastis. Quocirca vestram graciam ac wenerabilitatem duximus deprecandam, quatenus nobis litteris vestris scribere velitis, quidquid idem dominus rex intendit et proponit, an velit eandem pacem tenere et observare vel non, iuxta qua intimata dominus noster rex graciosus se haberet. Quod se facere nolueritis, extunc nobis videretur, quod regi nostro gracioso et nobis a vestra wenerabilitate aliquantulum in hac concordia pacis abs[e]cutum et abusum est. Datum in Bobrowniky feria tertia in festo Pentecostes [s] etc.

Sbigneus de Bresye marschalcus | Regni Polonie et capitaneus terre Dobrinensis⁵.

Cedula: ^dVenerabilis ac magnifice domine, fautor noster dilecte! Vestre graciae graciaram acciones referimus | per immensas de munusculis, quibus me vestra dileccio donavit, et presertim de solempnibus falconibus, | qui nobis sunt delegati. Eciam quod vestre dileccioni pro ipsis volumus complacere, | et si sciremus intencionem vestram, quibus vestra gracia apud nos postularet, illa | vestre wenerabilitati non esset deneganda et irrecusanda etc.

^a *Inicjał wysokości ok. 2 wersów.*

^b *Nadpisane nad wersem ze znakiem wstawienia.*

^c *Nadpisane bez znaku wstawienia.*

^d *Inicjał wysokości 1,5 wersu.*

¹ *Datacja na podstawie RHD 1/1, nr 1528.*

² *Henryk von Plauen, komtur nieszawski 1402–1407, komtur świecki 1407–1410, wielki mistrz zakonu krzyżackiego 1410–1413, komtur pokrzywieński 1413–1414, prokurator w Lochstädt (Pawłowie) 1429, zm. 1429 (Hochmeister, s. 114–117; Jähnig, s. 289, 307, 309; Heckmann, s. 151, 319, 350, 410, 462, 575).*

³ *Złotoria, wieś, gmina Lubicz, powiat toruński, woj. kujawsko-pomorskie, w średniowieczu już na terytorium należącej do Polski ziemi dobrzyńskiej.*

⁴ *Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).*

⁵ *Zbigniew z Brzezia h. Zadora, marszałek Królestwa Polskiego 1399–1425, starosta lełowski 1408, starosta krakowski 1409–1410, starosta toruński 1410–1411, starosta dobrzyński 1410–1413 (PSB 16, s. 457, 458; UM, s. 288, 324; UC, s. 78, 160; UKD, s. 294, 295, 301, 302; S. Cynarski, *Dzieje rodu Lanckorońskich z Brzezia od XIV do XVIII wieku, Sprawy kariery urzędniczej i awansu majątkowego*, Warszawa 1986, wg indeksu).*